



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 10. Tandem adesto gratus, sitque tibi Christus crucifixus liber memorialis, illo dignior, quem Persæ circumferebant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

me saltem misericors pro filiis & sobolis charitate. Ascende in filio, quod propitius in seruo. Vide carnis sacramentum. & remitte carnis reatum. Quoties tibi beata prole patens vulnera, delitescant obsecra sceleris mea. Quoties rubet propositus de laere sanguis, alluatur obsecro, labes mea poluitions. Conuenit optime sapientia & Spiritui P.M. Et Ludouici Granatenis argumentum huic nostro opportunum, nostram quo ponderat sortem, veterum illoz patrum multo feliciorum, qui ad placandam Dei iram agnos illi dedicabant & vitulos: & iudicabant in eadum hoc esse maximi momenti, Deoque summo petere placere, si in orationibus suis merita proferant trium illorum Patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob, quorum nominibus vsus est Moyses quo Dei furorem ob adoratum vitulum, mitigaret. Nos autem habemus quae offeramus vniuersi filij Dei merita infinito valore pretiosa qui nobis ea ve nostra forent congnauit, &c.

Cap. 8.

§. 10. Tandem adesto gratus, si que tibi Christus crucifixus liber memorialis, illo dignior, quem Persa circumseruabant.

24

**H**inc tandem procedat officiosa gratitudo, feruensque desiderium tam immenso respondendi beneficio, & ne dum supremo illo seruendi benefactori perperuo, sed etiam pro illo patiendi; dicendique cum Davide: Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Notandum illud pro omnibus, & hoc tibi. Omnia mihi dedit in particulari, omnia pro me passus est in particulari: pro omnibus illi teneor ego in singulari. Quo tantam solam debitum? Quo tam infinitis satisfaciam beneficiis? Quibus amarit adeo cruciatibus pro me toleratis satisfaciam? Veniat Domine, calamitas, irruat super me disciplina, dolores adfint & ignominiae, concede vt poenarum tuarum & tormentorum cunctis cibam. Calicem salutaris accipiam in omnibus aduersitatibus (ressem adfero D. Augull.) non inueni tam efficax remedium, quam vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco in trepidis. Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad maxiam amarum, quod morte Christi non sanatur.

Psalm. 115. 22.

D. Aug. In Manu. c. 22. To. 9

Esph. 6. 1.

1. Vt laudabilem & prudentem assero Monachatum Perfidis consuetudinem: qui cum sacularium pietatis essent praestantissimi, morem colebant

verè dignum, quem omnes Reges ac Principes confitebantur. Libros componebant seu diaria in quibus sigillatim conscribebant obsequia sibi a subditis praestita. Tali die talis miles in tali itinere seu occasione tale praestitit obsequium. In tali occasione talis adeo prudens sanumque dedit consilium &c. Et quotiescumque haec euoluiebant & repetebant; & de singulis aliquarecurrerebant, interrogabant quid mercedis pro tanto seruitio retulissent. Sic narrat Spiritus Sanctus ab Asuero Rege frequentatum i. cum enim illi Mardocheus eximium praestitisset obsequium, quo vitam illi contra nonnullos proditores Regique insidiatores saluam conseruauerat: illico litteris & memoriae mandauit, & clapsis postmodum diebus aliquot librum euoluens illudque rememorans, peruenit ad: Quid pro hoc sibi de honoris ac praemij Mardocheus conseruauit? Respondetur: nullum Domine mi; Magus hic commissus est negligentia; inquit Rex: praestita tanta compensemus obsequia beneficiis, tantoque exaltet fauore vt locum obtineat in regno meo primarium. Sic illis mos erat, sic Asuirus fecit, sic agendum iis omnibus qui se nobiles iactant & generosos: sed super hos omnes tibi hoc incumbit Christiane, quem Christus ad tantum exeret gradum dignitatis, quo tibi concessit vt voceris, esseque filius Dei, nec non pleurore vocare illum posses Patrem tuum. Tam omnem Dei memoriam abiecit, quam memoria retines homines, & reuenerum recordaris, quorum vti nam memoriam perdidisses. Ad hoc tibi necessaria non sunt diaria memoria subseruientia: in illa etenim occasiones fuerunt & commodi retines, honoris tui & incrementi: quoniam & iniuriarum atque conuictorum quibus ab altero te laesum nunquam obliuisceris. Porro quam nullam habes beneficiorum memoriam, quibus te Deus praerent abundantem.

Quantum intelligo David haec animo pendens quasi conqueritur quod tui sic Deus recorderetur. Quid est homo, quod memor es eius? In Hebraeo legitur Enos quod Euseb. Caelarum. interpretatur Obliuosus. Domine seruire potest, vt ita recorderis eiusque memoriam habeas perpetuis cum beatis beneficiis, qui tui vix vitam habet memoriam, sic vt nullus minus quam tui recorderetur? Eia Christiane opus tibi est diario beneficiorum Dei, vt dignis ei respondeas obsequiis. Et quamuis tota mundi non sufficeret charta, qua cuncta inscribas singillatim, sicut D. Ioan dixit de miraculis Christi, per legem illa compendiose in passione, cruce & morte conserua

scilicet Saluatoris. Liber hic est, quem perpetuo  
D. Paulus exolebat, & alium nesciebat. *Nem  
monachum* (sic scribit) *me scire aliquid inter  
omnes, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* O  
quoniam eximiam pandectas hoc in libro reperies:  
discerte à capite ad pedes, perlege quidquid in  
illo est, quodquid agit, quidquid loquitur, quid-  
quid parat, tota tuo corde emolumento. Quam  
conscientia esset, ut liberum hunc diligenter evol-  
ueres, & singulis rite percussis interrogares.  
Quid pro hac fide honoris ac præmij consecra-  
tio est Christus? Quid pro hoc beneficio gra-  
tias rependi, quo ligari voluit, ut me peccatorum  
vinculis absolueret? quid, quo flagella suscepit,  
sua me absolendo? Quid pro spini quibus  
caput suum passus est coronari, ut me gloria  
diademate coronaret? Quid in recambium pur-  
pura sanguinis quem effudit in culparum mearum  
lacuatum? quid restituit pro morte adeo  
molesta, quâ vitam mihi tribuit sempiternam?  
O quam paucas huius libri pandectas inuenies  
oblationum recambium rite perfolutas! O quam  
paucos est huius libri debitum, & quam nullum  
excusentem. Te deprecor, ut aliquid mihi desi-  
gnos opus, quod possis in medium profertè re-  
munerarium? si usque modo semper recipisti:  
tunc saltem à modo repende: si usque modo di-  
ligentia corporet, nunc à modo tuam excita  
memoriam, talisque viget gratitudo quæ dese-  
dit super te præteritis cunctisque negligentias.

§. II. Hymno dicto exerant. *Absoluta  
cetera cecinit Christus magnam Alleluia:  
alio fuit hac ita insulsa, ut nobis est my-  
steriosa.*

¶ **A**bsoluta mystica illa cœnâ, qua Christus  
agnum conchit legalem, & finem multi-  
plices impostit: sacrificijs antiquorum, ac-  
que legis obferantibus, ut sol soligidissimus tan-  
tarumque varias dissipans tenebras lucis sue di-  
dicit radiis, cum iam sacrosanctum instruxisset  
Sacramentum secutum verumque, amoris sui pi-  
pnum, quo alcius non poterat, nec viquam mun-  
dit viderat: quandoquidem in illo verè ac reali-  
ter seipsum dederit, suamque carnem in cibum  
& sanguinem in potum: ostendit quantopere  
desideravit unius imo visceribus suorum intimis  
interponere: inde cum Apostolos suos facerdo-  
tes & Episcopos ordinasset, ut ineffabile illud Sa-  
cramentum & venerabile mysterium nunquam  
deserere, sed semper in Ecclesia sua seruauerit

inuolatum, per hoc illam ut sponsam sibi cha-  
rissimam ita locupletem efficiens, ut nec ipsum  
caelum Empyreum nec ipse gazas habeat in the-  
sauris suis ditiores, scribit SS. Evangelistæ.  
*Hymno dicto: Egredietur Iesus trans torrentem  
Cedron, in montem Olivarum, in prædium quod  
dicitur Gethsemani, ubi erat hortus, in quem in-  
troiit ipse & discipuli eius.* Circumstantia sunt  
hæc tales, quas cum Spiritus Sanctus singulari  
notârit studio, & calamo suorum conscripserit  
secretariorum, ne nos illas leuiter pertrita-  
mus: eorum gratissimis scaturit illæ mysterijs.

Prima circumstantia hæc est: *Hymno dicto: Matth. 26.  
Estque hæc adeo mystica ut eam Evangelistæ  
notauerint D. Matth. & D. Marc. eamque sta-  
tuant ut caput & principium Passionis eius: & si  
iuxta qualitatem corporis esse debet & qualitas  
capitis, cum corpus Dominicæ Passionis inter  
altiora & grauissima censeatur mysteria sapientie  
& omnipotentie Dei, absque dubio præclaris  
debet caput hoc scaturire mysterijs. Singulati sta-  
dio perpendunt SS. Patres quid propriè sit hym-  
nus, & quidquid de eo dici potest comprehendit  
D. Augu. opinatus esse canticum in laudem Dei:  
ut autem hymnus sit, tria sunt necessaria, ut sit  
in laudem, & quidem Dei, & cum canticum *Hym-  
nus laudes sunt Dei cum canticum: Hymni cantus sunt  
Dei, non est Hymnus. Si sit laus & Dei, & non  
cantus, non est Hymnus: habet hæc tria & laudem,  
& Dei & canticum.* Idem repetit D. Hieron. ex  
L. 1. Ethy-  
molog. 38.  
& 1. 6.  
c. 19  
& 1. 1 de  
officiis Ec-  
cles. 6. 6.*

Industria tractans eandem materiam, & hinc  
concludit hymnum esse contrarium Threno: il-  
le namque canus est cum laudis alacritate, qua-  
lem decantant filij Israel demerso vitioque  
Pharaone persecutore, illis ad litus salus stan-  
tibus & crebris: hoc autem canticum est lugen-  
bre & triste quale cecinit Hieremias ob mortem  
Iosæ Regis vrbisque Hierusalem euersionem.  
Hoc supposito, dicendo *Hymno dicto, recte in-  
ferimus hæc occasione Christum, voce alisona,  
expressa, & alacri cecinisse, quod tantò miramur  
amplius, quanto magis illi nouum est & insolitum:  
quem licet sarpinus plorantem viderimus,  
suspirantem, & spiritu infremtentem, ut patuit in  
morte Lazari: verumtamen eum nunquam ali-  
quis vidit cantica cantantem hilaritatis, selliui-  
que gaudij, nisi hodie.*

Pro certo confirmant plures moderni. *Au. a Joan.  
dores Dominum cantasse iugiter, dulciter & suauiter  
alacriter. Nec illi soli hoc asserunt, sed etiam  
D. Chrysol. b. hoc dicit. Gratus egit Christus Per. Mon.  
& Hymnum cecinit. Et antiquus Poëta Chri-  
stianus  
Rianus*

177  
+